

CRAIG GUILIELMI KALLENDORF

Philosophiae magistri et doctoris, Litterarum Anglicarum et Philologiae Classicae professoris apud Texanam A&M Universitatem, praemature ex hac vita egressi, qui aetatis renescentium litterarum peritissimus fata auctorum antiquorum – praesertim Vergilii, cuius studio singulariter inflammabatur – pari cura atque ingenio investigavit necnon demonstravit, quantum praeter ingenia auctorum libri quoque tunc primum prelo excussi ad litteras artesque eiusdem aetatis excolendas valuissent, idemque editores Studiorum Vindobonensium per multos annos consilio adiuvit et munere praesidis Conventus sexti decimi «Societatis Internationalis Studiis Neolatinis Provehendis» anno MMXV Vindobonae habiti egregie functus est,

ab omnibus eiusdem disciplinae studiosis plurimi aestimati

INSTITUTUM PHILOGIAE CLASSICAE MEDIAEQUE
ET INFIMAE LATINITATIS

ob eximia merita erga studia Neolatina cum gentium communia
tum Vindobonensia

PIAM, GRATAM, PERPETUAM

habebit

MEMORIAM